

Principis virga ne moveatur odio nec amore. Psal. 139.

Trever.

Pelafiot.

530. Exod. 24.

Principis evacuatur affectu humano ut sit vindex & custos legum D. Chryl.

531. Job. 29.

Job circumdabatur justitia adversus humanam propositi onem

D. Chryl.

ferrea, id est recta, & severa justitia disciplina qua non cito flectatur in gratiam vel odium. Virga ferrea inflexibili, quae non facile moveatur, & inclinatur in gratiam vel odium. De sanctis Apostolis canit Regius Vates, Psal. 138. n. 17. *Mibi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus; Et immediatè addit cur viros tanto honore sublimatos dicat. Nimis confortatus est principatus eorum.* Treverus ex Hieron. *Quam fortis est principatus eorum.* Fortis nempe robusto, ac firmo effectu ad justitiam, ut nec frangi, nec vinci possit metu ac adulatione & inde maxime ut amici Dei sublimes, & exaltati dicuntur, ut principes, ac principes orbis dicuntur. Hinc admonet Pelusios lib. 1. Ep. st. 290. *Si Dei amicus esse studeas, fac robustè praesit.*

Ut Moyses leges acciperet quibus judicaret populum suum. Exod. 24. n. 18. *Ascendi in montem, & fui ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* Post quadraginta dierum jejunia accepit Moyses leges, quibus judicaret populum suum: & cur Deus ad dandas leges tam longo jejuniò evacuat & purificat Moysen? Moyses accipiebat legem ut illius esset promulgator custos, ac vindex: ideo tam longo jejuniò evacuat in illo, quidquid infirmitatis humanae est quidquidque humani affectus, ut transformatus in superiorem, & divinam naturam nil contrarium in ferendis legibus admittat, nulloque odio, ac amore moveatur sed ut integerrimus legum cultor, ac vindex nil timeat. D. Chrysol. ser. 166. *Moyses ipse, ait dierum quadraginta jejuniò, ita humano defecatus est, & exinanitus à corpore, ut totus divinitatis mutaretur in gloriam. Merito hic talis legem sancire meruit, qui totum, quidquid in homine lex urgere poterat, praemisit.*

Ait Job. 29. n. 14. *Justitia induit sum, & vestivi me sicut vestimento, & diademate judicio meo.* Sic integritate justitiae usus erat Job, ac homines communiter vestibus uti solent. Et quidem homines hoc in primis curant, dum vestes sumunt, ut illis se adornent ac undique tegant, ut neque in illis incompositum, nudumve appareat ut sic temporis injurias à se repellant & nihil in eis timeant: tali modo justitia ornabatur, ac circumdabatur Job ut nullus in eo pateret aditus ad inclementias humani affectus, amoris, odii, ac timoris. Et additur, & diademate judicio meo. Hoc judicio integritatis justitiae, cujus legibus ornabatur adversus humanas propensiones tanquam insigni diademate coronabatur, quo omnium victor, & triumphator existeret, D. Chryl. in Catena Graeca, *Non fuit ex hominum genere, ait, qua ceteris praesunt; verum ipsorum vita turpis est, & in gloria non ita hic noster, sed quid ille vestitus sum, inquit, judicio, hoc ego vestitus genere exornabar.*

Apoc. 2 n. 28. Sicut & ego accepi à Patre meo, & dabo illi stellam matutinam. Num. 29. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat Ecclesiis.

VERSIONES.

Syrus n. 28. Et dabo illi illam stellam matutinam.

Arabicus. Dabo illi nitorem matutinum. Andr. Caesar. Dabo tibi stellam matutinam.

EXPOSITIO XVI.

Dabo illi stellam matutinam per quam videtur intelligi lumen gloriae, & clarum Dei visionem, quae instar Luciferi post obscuram hujus vitae noctem illucescet unicuique victrici animae, ut è corpore demigrat: vel potest etiam intelligi Christus D. qui se ipsum in patria, victrici animae communicat, juxta illud Joan. 14. *Manifestabo ei meipsum.* Qui habet aurem audiat. Meritò dubitat Alber. Magna quare in aliis Epistolis prius excitatur intellectus ad audiendum, deinde proponitur praemium, & vincenti promittitur. Qui habet aurem audiat quod Spiritus dicat Ecclesiis, *vincenti dabo edere de ligno vitae;* hic autem è contra prius praemium proponitur, *Dabo illi stellam matutinam,* deinde excitativum ponitur, *Qui habet aurem audiat,* Responder citatus Albertus, quòd in primis Epistolis significatur status Ecclesiae primitivae in qua homines recenter conversi adducebantur, & ideo praemio allucendi erant ad id, quod prius fuerat auditum. *Sequentes autem Epistola, ait, significant statum Ecclesiae, cum iam fides totam Ecclesiam illuminavit, quòd significatur per Thyatiram, quae interpretatur illuminata, & ideo iam non oportet predicare ut fides plantetur, sed ut plantata servetur, servatur autem per considerationem praemii, & ideo in istis praemittitur praemium ad monitionem.*

QUESTIO LVII.

Quid significetur in praesenti per stellam matutinam.

Stella matutina astrum quoddam, quod solis claritatem, & splendorem propinquum in mane circa auroram annuntiat, ac praesignificat, proprio nomine Lucifera appellatur. Et certum est in praesenti huic Antistiti Thyatireno; non promitti in praemium bonorum operum suorum possessionem hujus stellae, sed aliquid sub illius symbolo intellectum: quid autem illud sit, multum discrepant Auctores, ita ut tot sint sententiae, quot capita.

Primò, Aretas, Andreas Casariensis. Diabolum intelligunt, juxta illud Isai. 34. n. 12. *Quomodo cecidisti de Caelo Lucifer, qui mane oriebaris.* Ecce stella matutina: promittit ergo Dominus juxta hanc sententiam victori, dandum illi diabolum calcandum sub ejus pedibus, illud scilicet: quod precatur Paulus Rom. 16. n. 20. *Deus pacis conterat Satanam sub pedibus vestris velociter.* Vel etiam illud, quod dedit Dominus Apostolis, cum eos misit ad predicandum, Luc. 10 in 19. *Dedi vobis potestatem calcandi serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici.*

Secundò,

536. Andr. Cas. 2. Petr. 1.

537. Andreas.

Magnum beneficium, quod quis Baptista, ac Elias virtute sua participet.

538. Ioach.

539. Richard.

540. Rikel.

541. Philip. Venet. Angelus custos est lux in tenebris.

Bonus Prae-latus magni beneficii cum erga Ecclesiam.

534. Aretas. Andr. Cas.

535. Rom. 16. Damon calcatur à servis Dei.

Luc. 10.

Secundò, Idem Andreas Casariensis ait, quòd stella haec est Lucifer ille, qui oritur in cordibus nostris juxta apostol. Petrum 2. Epistol. 1. n. 19. *Quae est quaedam caelestis lux à Deo immissa in cordibus nostris.*

Tertiò, idem Andreas ait quòd, vel Ioannes Baptista, vel Elias Thesbitas Luciferi nomine à quibusdam quoque appellantur, nec injuria, Ioannes enim priorem solis justitiae ortum antecessit, Elias verè poster. orem ejusdem ortum antegreditur, cum quibus eoque partem habituros creditibile sit, qui strenue pugnando diabolum vicerunt. Christus eximium quid promittens diabolum vincenti, ac custodienti manata ejus, ait quòd ipsum faciet participem spiritus, ac virtutis Baptistae, ac Eliae: eumque similem faciet Baptistae ac Eliae.

Quartò, Ioachim Abbas, stella matutina ait; & fides, & scientia donum, quae praecognoscimus ea, quae in Caelo visuri sumus. Secus ut Gagneus exultimat, est sacrarum rerum clara intelligentia, seu aperta divinae Scripturae cognitio.

Quintò, Richardus Victorinus, ait quòd stella matutina est gratia sanctificans, & justificans, cum qua advenit Spiritus sanctus, qui suis donis animam clarificat, & illustrat. Sextò, Lyranus, Stella haec, ait, est corpus gloriosum claritatis dote, tanquam stella retulgens.

Septimò, Rikelias per hanc stellam matutinam interpretatur Angelum custodem. Et ait, *Dabo illi stellam matutinam, id est, Angelum Sanctum suae vitae custodem socium habebit in gloria, eritque sicut Angelus Dei, & in Caelo Em-pyreo, sicut stella matutina figurat.* In Scriptura Angeli sancti vocantur stellae. Job. 38. num. 7. *Ubi eras cum me laudarem astra matutina? Per quae Angelos intelligunt Philip. Presbyter. Gregor. Venet. in Sermon. Mundi. Ca. tic. 1. & Angelus apostolae, sive Lucifer, qui mane orientur nuncupatur Isai. 14. ac proinde iuxta hanc sententiam dicimus quòd promittitur huic Episcopo Thyatireno Angelum custodem, non ut sic, sed specialiter illuminantem, & illustrantem, qui ei erit veluti lux fulgentissima inter tenebras hujus mundi.*

Octavò, *Dabo illi stellam matutinam,* illi scilicet Ecclesiae Thyatirensi, & cuilibet alteri suos adversarios vincenti dabo stellam matutinam, optimum scilicet Prae-latum, Cardinalis Hugo sic ait, *Per stellam matutinam bonum Prae-latum intellige, qui comparatur stella matutina propter multa, quae in ipso debent inveniri.* Quod late ipse discuti. Primò quia sicut stella grandis debet esse in opere, parvus autem & humilis in sua reputatione. Reg. 25. *Cum esses parvulus in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es.* Secus id, quia sicut stella debet esse latus & hilaris, aliosque jucundare, & latificare. Isai. 42. *Non eris tristis, neque turbulentus.* Tertiò, sit ut stella vigil, benigne sua influenza, ac claritate alios fovens, & recreans, quartò, sit sicut & stella, totus pulcher, & formosus per bonam famam operum, & virtutum. Quintò, & ut stella matutina annuntiet verum solem justitiae, venientem ad judicium.

Nonò, Richardus à S. Laurentio lib. 1. de laud. b. Mariae cap. 3. *Maria stella matutina est, Sylveira in Apocalypsim. Tom. I.*

Lucens antequam disceat, quia ortus Mariae praecessit ortum diei, id est Christi, qui est lux, & dies haec est stella, quae vincenti promittitur in praemium Apocal. 2. *Vincenti dabo stellam matutinam, bene stella matutina Maria, quia semper fuit in mane orienti, & nunquam tendebat ad occasum peccati.* Maria stella matutina, oritur enim ut Lucifer, id est non tenebrosa in ortu, sicut nos qui nascimur omnes filii irae, sed ipsa ante sanctificata quam nata, orta est ut Lucifer tota clara, & ut stella matutina in conceptione, ac ortu suo annunciabat solem justitiae ex ipsa nasciturum, Vincenti demonem ac custodientem Dei mandata promittitur haec stella, illius scilicet adjuvamen, auxilium, ac protectio, & ut praemium omnium bonorum.

Decimò, Christus stella matutina in sacro textu saepe vocatur. Infrà cap. 22. n. 16. *Ego sum stella splendida, & matutina.* Num. 24. n. 17. *Orietur stella ex Jacob 2. Petri 1. n. 19. Donec dies eluceat, & Lucifer oriatur in cordibus nostris.* Et Christus dicitur stella non ferotina, sed matutina à Patribus explicatur; Primò in natiuitate Ambr. Ansbert. *Christus stella matutina, ait, qui in tenebris noctis nostrae apparuit, quia fugata caligine peccati, aeternum nobis mane nuntiavit; unde Apostolus clamat; nox praecessit, dies autem appropinquavit.* Secundò, stella matutina in resurrectione. Idem Ansbert. *virus quippe apparendo post mortem, matutina nobis stella factus est, quia dum in semetipso exemplum nobis resurrectionis praebuit, quae lux sequere in mundum venit.* Christus resurgens, stella matutina, qui sua luce mortalitatis tenebras depellit, & sua resurrectione nostram resurrectionem praemonstravit Haymo, *Christus est stella matutina, id est Lucifer, qui in resurrectione pulsus mortalitatis tenebris, quasi Lucifer apparet, & perfectum aeternitatis diem demonstrat.*

Tertiò, D. Bernard. Senens. ait, quòd stella sex radiis, secundum Astrologorum sententiam, noctem illum nat: haec ergo proportione, & analogia Christus stella nuncupatur matutina; nam licet Christus omni virtutum splendore maxime radiaverit, tamen insigniter sex virtutibus quasi sibi propriis replenduit, videlicet humilitate, charitate, largitate, innocentia seu puritate, mansuetudine, & patientia, Ita in praesenti D. Bernard.

Quartò, Alcazar per istam stellam matutinam interpretatur Christum Dominum consolantem suos in persecutionibus & afferentem lucem proximè securaturae prosperitatis; & alludi contendit ad illud quod dicitur de Simeone Ecclesiast. 50. num. 6. *Quasi stella matutina in medio nebulae.* Nam sicut Pontifex ille magnus, qui fuit typus Christi, acerbissimo illo tempore populum suum à magnis calamitatibus recreavit: ita Christus sic spondet se fore ad instar Luciferi, & adventurum brevi solem magnae tranquillitatis. Quintò, quia ut Lucifer noctis finem, & diei initium praebet, ita Christus peccato, & ignorantiae, finem fidei, & salutis initium attulit.

Sextò, & maxime ad litteram est; Christus Dominus prout suis electis manifestatur in gloria; nam post noctem hujus vitae Christus in clara visione suis se exhibebit ut plane illa luce in aeternum fruatur; dare ergo alicui stellam matutinam nihil aliud erit quam Christum

Maria ac ejus adjuvamen promittitur ut omnium bonorum.

543. Apoc. 12. Num. 24. 2. Lert. 12.

Christi natiuitas.

Christi resurrexerit.

Haymo.

544. D. Bernard.

Christus ut stella virtutum radiis fulget.

545. Alcazar.

Eccel. 50.

Christus danti suis consolationem stella matutina.

546. Christus manifestatus in gloria stella matutina.



